# Corso multimediale di letteratura e lingua latina

*e-Lectio IV*

*In taberna – pronomen QVI, QVAE, QVOD*



4/04/2020
*pridie nonas Apriles*
*(vel) pr. non. Apr.*

# Il pronome relativo

È un pronome che lega due frasi mettendole in relazione.

## In italiano ha diverse forme

- che (invariabile) solo come soggetto o complemento oggetto;
- cui (invariabile) per le altre funzioni logiche;
- il quale (variabile) da preferire per evitare fraintendimenti;
- chi (invariabile), nella funzione di pronome doppio (= colui che).

# Il pronome relativo latino

| caso | singolare maschile | singolare femminile | singolare neutro | plurale maschile | plurale femminile | plurale neutro |
|---|---|---|---|---|---|---|
| **nom.** | *quī* | *quae* | *quŏd* | *quī* | *quae* | *quae* |
| **gen.** | *cūiŭs* | *cūiŭs* | *cūiŭs* | *quōrum* | *quārum* | *quōrum* |
| **dat.** | *cuī* | *cuī* | *cuī* | *quĭbus* | *quĭbus* | *quĭbus* |
| **acc.** | *quĕm* | *quăm* | *quŏd* | *quōs* | *quās* | *quae* |
| **abl.** | *quō* | *quā* | *quō* | *quĭbus* | *quĭbus* | *quĭbus* |

- Il pronome relativo *qui, quae, quod* ha una flessione completa e concorda con il nome cui si riferisce in genere e numero.

- Il caso dipende dalla funzione logica che ricopre nella frase.

- *Poeta, qui est in oppido, clarus est;*
- *Poeta, quem audivimus in oppido, clarus est.*

# Per la traduzione del pronome relativo latino

Bisogna considerare la funzione logica del pronome.

*Ecce taberna Rōmāna, in quā gemmae et margaritae multae sunt.*
*Cuius est haec taberna? Albinī est. Albīnus hanc tabernam habet.*

*Quī tabernam habet tabernārius est.*

*Albinus est tabernārius Rōmānus quī gemmās et margarītās vēndit.*

*Alii tabernāriī librōs vēndunt, aliī māla et pira, aliī rosās et līlia.*

*Multae feminae quae in hāc viā ambulant ante tabernam Albīni cōnsistunt, nam feminae ōrnāmentīs dēlectantur.*

*Eae quae magnam pecūniam habent multa ōrnāmenta emunt.*

*Quae nūllam aut parvam pecūniam habent ōrnāmenta aspiciunt tantum, nōn emunt.*

*Aemilia, cuius vir pecūniōsus est, multa ōrnāmenta ab eō accipit. Aemilia ānulum in digitō et margaritās in collō multaque alia ōrnāmenta habet. Ānulus digitum Aemiliae ōrnat, margaritae collum eius ōrnant. Fēminae gemmīs et margarītīs ānulisque ōrnantur.*

*In viā prope tabernam Albīnī vir et femina ambulant. Quī vir et quae femina? Est Mēdus, quī cum Lydiā, amīcā suā, ambulat. Mēdus est servus Iūliī, sed dominus eius Rōmae nōn est. Mēdus sine dominō suō cum feminā fōrmōsā in viis Rōmae ambulat.*

*Lydia ōrnāmentum pulchrum in collō habet. Quod ōrnāmentum? Ōrnāmentum quod Lydia habet est linea margarītārum. Collum Lydiae margarītīs pulchris ōrnātur; Lydia autem nūllum aliud ōrnāmentum habet, quia pecūniōsa nōn est, neque pecūniōsus est amīcus eius. (Pecūniōsus est qui magnam pecūniam habet.)*

Pronome doppio
Pronome relativo
Aggettivo interrogativo

*Aemilia, cuius vir pecūniōsus est, multa ōrnāmenta ab eō accipit. Aemilia ānulum in digitō et margaritās in collō multaque alia ōrnāmenta habet. Ānulus digitum Aemiliae ōrnat, margaritae collum eius ōrnant. Fēminae gemmīs et margarītīs ānulisque ōrnantur.*
*In viā prope tabernam Albīnī vir et femina ambulant.*

*Quī vir et quae femina? Est Mēdus, quī cum Lydiā, amīcā suā, ambulat. Mēdus est servus Iūliī, sed dominus eius Rōmae nōn est. Mēdus sine dominō suō cum feminā fōrmōsā in viis Rōmae ambulat.*

*Lydia ōrnāmentum pulchrum in collō habet. Quod ōrnāmentum? Ōrnāmentum quod Lydia habet est linea margarītārum. Collum Lydiae margarītīs pulchris ōrnātur; Lydia autem nūllum aliud ōrnāmentum habet, quia pecūniōsa nōn est, neque pecūniōsus est amīcus eius. (Pecūniōsus est qui magnam pecūniam habet.)*

Pronome doppio
Pronome relativo
Aggettivo interrogativo

# *Grammatica Latina*

*C - Neutrum*

- *Quid est ānulus? Ānulus est ōrnāmentum. Quod ōrnāmentum?*
- *Ānulus est ōrnāmentum quod digitum ōrnat.*
- *Id/illud ōrnāmentum pulchrum est.*
- *Quid Lydia in collō habet? Ōrnāmentum habet. Quod ōrnāmentum?*
- *Ōrnāmentum quod Lydia in collō habet est līnea margarītārum.*
- *Lydia id/illud ōrnāmentum amat.*
- Pretium ōrnāmenti est HS(= sestertiī) C. Cuius ōrnamentī?
- Ōrnāmentum cuius pretium est HS C est ānulus.
- Pretium eius/huīus ōrnāmentī est HSc.
- Fluvius oppido aquam dat. Cui oppidō?
- Oppidum cui fluvius aquam dat est Capua. Fluvius eī/illī oppidō aquam dat.
- Cornēlius in parvō oppidō habitat. In quo oppidō?
- Oppidum in quō Cornēlius habitat est Tusculum.
- In eō/illō oppidō habitat Cornēlius.
- Quae oppida prope Rōmam sunt?
- Ōstia et Tusculum sunt oppida quae prope Rōmam sunt.
- Ea/illa oppida prope Rōmam sunt.

# Prossima lezione

Sabato 11 aprile 2020

Ore 10.00

Materiali su

weschool